

magno exercitu, qui civitatem obsedit eam-
dem, quia Deus superbis resistit. Inven-
tores ad pacta venientes terram in
libertate propria et pristina restituerunt.

Raymondes patriarcha sedit annis
XXV. Hic existens episcopus Lumanus
factus est in patriarcham per dominum
Gregorium. Anno domini MCLXXXIII. Iste
in adventu suo cum Alberto comite Goricie
pacem fecit, sed modicam duravit. Anno
domini MCLXXXVII accersit ad illustrem
dominam Rodolpham regem Romanorum
et habito colloquio cum eodem ad propria
est reversus. Et quia Veneti ceperant occu-
pare terras Istrie, incepit gravem gueram
facere cum eisdem. Que guerra incepit
anno MCLXXXIII de mense Martii fere
XI annis. Hoc tempore Veneti obsidebant
Tergestum et fecerant terram unam iuxta
Tergestum, quam nominaverunt Romagna.
Ipse vero patriarcha cum exercitu suo valido
veniens eos debellavit, opotha, Pulli et Ro-
mag.